Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



111
183
184

hens formam nram. Multi enim ambulant quos
sepe dicebam vobis: nunc autem et flens dico inimicos
crucis Xpi: quorum finis interitus: quorum deus venter et
gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nra
autem conversatio in celis est. Unde etiam saluatorem
expectamus dnm nrm ihm xpm: qui reformabit
corpus humilitatis nre configuratum corpori claritatis
sue: secundum operationem qua possit etiam subicere
sibi omnia. Ihus xpus dns nr. GRA Liberasti nos dne
et affligentibus nos et eos qui nos odierunt confudisti. V. In deo laudabimur
tota die et nomini tuo confitebimur in secula. Alla. V.
Qui sanat contritos corde et alligat contriciones eorum. SEQU
In illo tempore abeuntes pharisei consilium matheum zz
inierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes
magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo: non enim
respicis personam hominum. Dic ergo nobis: quid tibi
videtur? Licet censum dare cesari an non? Cognita
autem ihus nequitia eorum ait: quid me tentatis ypocrite. Ostendite mihi numismata census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis ihus. Cuius est
ymago hec et superscriptio. Dicunt ei. Cesaris. Tunc
ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et q
sunt dei deo. OFF. De profundis clamavi ad te domine dne
audi vocem meam. SEC. Propitiare esto dne supplicationibus nris et populi tui oblationibus pabulisq; suscep
tis omnium nrm corda ad te convertere: ut a terrenis cupiditatibus liberi ad celestia desiderenda tuleamur. Per. COM. Amen dico vobis quicquid orantes pe